


*Cera velut lychni lento consumitur igni,
Vel nimio delet crassa liquore facem:
Sit calor humorem superans humorve calorem:
Nos facit alterutro deficiente mori.*



ORATIO.

IN precibus nostris Deo ut omnipotenti non statuamus modum, ut omniscienti non præscribamus ordinem.

Non opus est clamore, quia Deus audit nostrâ suspiria: nec opus est multis verbis, quia cogitationibus nostris Deus interest.

Deus dat orationis affectum & effectum: August. Epist. 105:

Oratio velut murum se interponit inter peccatâ hominum & iratum Deum. Ezech. 22. v. 30:

Deus ipsas etiam preces nostras remuneratur. Sonitu tubarum Sacerdotalium corruerunt muri Hierichuntis, Jos. 6. v. 20 sic sonitu orationis omnes adversarii prosternuntur.

Sine intermissione orandum, quia ubique tribulationes & tentationes, ubique insidiæ & immisiones per Angelos malos. Kemp. hort. ros. cap. 12.

Qui non orat, non pugnat: & qui non pugnat, citò vincitur, & coronam perdit.

Ec

Quan-